

planior sermonis huius intelligentia et aptior datur, primo discutimus quid
sit hoc ipsum laedi & erga quam materiam quam uel substantiam laedi con-
tingat unumquodque. Sed hoc ita demum lucidius fiet si prius quae sit in homi-
ne uirtus uel ubi sit requiramus. tunc enim uerius apparabit unde aut quo
modo ei accedat laedi. nec tamen laedi datur. Idque etiam exemplis adhibitis
clarius demonstrabimus. Omne quod est in rebus, habet aliquid quo corrumpi
possit ac laedi. Uerbi gratia ferrum erugolaedit, lanam tineae, ouium gre-
ges lupus, unum a ceteris mutatio, Dulce in mellem, amaritudo corrumpit,
rubigo segeti nocet, grando uineam laedit, Uirgulta ac diuersa plantaria
lucustae ac bruchi exercitibus uastat, & singulis quibusque corporibus ut
innumerando omnia longius producat oratio. Varias morborum spe-
cies inferunt corruptelam, Sicut ergo unum quodque horum habet
quo nocere possit & statim situr, in eodem modo quo corrumpi. Requiritur
nunc quid illud sit quod uirtutem animi laeditur. Ac uirtus dicitur humani,
Aliquidem alia opinentur, oportet enim nos etiam falsas opinioner
adducere in medium, confutarique eis ut ueritas habeat docere & os
tendere euidenter quod nocere nobis. nemo alius potest nisi nosmetipsi,
Alii ergo putant, quod nocet homini paupertas, Alii damna aut calumniae,
Alii mortis & in his de cunctis hominum miseriis desunt, multaque misera-
tione dignos dicunt eos, qui in his positum denique ac lacrimabiliter conque-
runtur dicentes adinuicem, quid malum periturus est ille subito direpta est eius uni-
uersa substantia, & alius rursus de alia ille aegrotat & grauissimam aegritudi-
ne & desperatur a medicis, & alius eos qui in uinculis habentur desolatus,
eos qui in patria carent & ad exilia propulsi sunt, alius eos qui in meruitate
ex libertate rediguntur, alius eos qui ab hostibus depredata sunt atque in
captiuitatem ducti, alius qui naufragio decepti sunt uel incendio conflagra-
runt uel ruinis oppressi sunt, Isti omnes planguntur lugentur & flentur
ab omnibus, huius uero qui malum agunt & nequiter uiuunt, a nullo penitus
flentur, sed quod est infeliciter frequenter isti etiam laudantur ab om-
nibus & beatidicuntur, quod certe totius malae causae est, Age iam nunc
sit tamen ut ab initio deprecatus sum, nemo oburbet dicentem. Ostendamus
quomodo nihil horum quae supra diximus nocere prudenti uiro potest
nec corrumpere animi uirtutem, quidem in die mihi eum qui facul tates